pace tractari, Et pax jurata fuit per consulem Pisanorum, Januensem, et Lucanum, et per duos bonos viros de unoquoque communi. Sed Lucenses et Januenses pacem juratam noluerunt, quia eam non fecerant nisi ad castra defendenda per fraudem. Eodem anno quinto kalend. Julii Pisani cum rege Siciliæ pacem fecerunt, quam honorifice perpetuam firmaverunt. Eodem anno Pisani ceperunt civitatem Albinganæ cum galeis XXXII. Et Januenses venerunt cum galeis LII. ad flumen Rodani in provincia, ubi erant dictæ galeæ Pisanorum, et in terra præliati sunt, et Pisani vicerunt eos, et quam plures ex eis ceperunt.

A. D. MCLXXI. cum Pisani mitterent in Sardineam Laronem consulem, et alios tres nobiles et prudentes viros ad pacificandos judices, et homines Sardiniæ inter se, videns prope Plumbinum, Januensium unam galeam, quæ habebat secum unam navem Pisanorum, quam ceperat, pro succurrenda nostrat navi illam invasit, Et tunc duæ aliæ Januenses galeae, quæ ibi prope in

comuni: Sed T.B.

15. Kal. T.B.

quam V. [illegible] T.

Albinganæ V. Albinganiæ T.

52 (cifre 42) V. 52 T. 42 B. Rhodani T.

Provinciam B.
Provincia [illegible] T.

[illegible] T. plurimos T.

mit. [illegible] V. Caronem V.T.B.

[illegible] T.

secum unam Pis. navem T.
secum unam navem Pis. B.

Pisana B.

Januensium B
ibi: V. T.